



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum Diaconus possit indulgentias facere? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

*solus episcopus est ecclesie prælatus simpliciter.*  
*\* Al. causarum.*

assimilantur congregatiōni in diuersis familijs, velia diuersis officijs. Et ideo solus Episcopus proprie prælatus ecclesie dicitur, & ideo ipse solus quasi sponsus annulum ecclesie recipit: & ideo solus ipse habet plenam potestatem in dispensatione sacramentorum, & iurisdictionem in foro \* ecclesie quasi persona publica: alij autem, secundum quod ab eo ei committitur. Sed sacerdotes qui plebis præficiuntur, non sunt simpliciter prælati, sed quasi coadiutores: vnde in consecratione sacerdotum Episcopus dicit, Quanto fragiliores sumus, tanto magis auxilis his indigenus. Et propter hoc etiam non omnia sacramenta dispensant. Vnde sacerdotes parochiales vel Abbates, aut alij huiusmodi prælati, non possunt indulgentias facere.

Et per hoc patet responsio Ad obiecta.

### A R T I C. II.

*Vtrum diaconus, vel alius non sacerdos, possit indulgentias facere?*

IOI

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod diaconus non possit indulgentias facere, vel alius non sacerdos. Quia remissio peccatorum est effectus clauium. Sed non habet claves nisi solus sacerdos. Ergo ipse solus potest indulgentias facere.

¶ 2 Præterea, Plenior remissio pœnae est in indulgentijs, quam in foro pœnitentiali. Sed hoc non potest nisi solus sacerdos. Ergo nec illud.

SED contra, Eadem confertur dispensatio thesauri Ecclesie, cui committitur regimen Ecclesie. Sed hoc committitur quandoque non sacerdoti. Ergo potest indulgentias facere; nam ex dispensatione thesauri Ecclesie efficaciam habent.

RESPONDEO dicendum, quod portas faciendo indulgentias sequitur iurisdictionem, ut hora dictum est\*: & quia diaconi & alij non sacerdotes possunt habere iurisdictionem; vel commissari, sicut legati; vel ordinariam, sicut eleeti: ideo possunt indulgentias facere etiam non sacerdotes, quoniam non possunt

ijjs, vel in  
oprie præ-  
uasi spon-  
s ipse ha-  
ramento  
quali per-  
ab eo ea  
præfici-  
coadiuto-  
scopus di-  
is auxili-  
omnia  
arochiale  
on possit

fint absoluere in foro pœnitentiali, quod est ordinis.  
Et per hoc patet solutio Ad obiecta. Indulgentias  
enim facere pertinet ad clauem iurisdictionis, & non  
ad clauem ordinis.

## ARTIC. III.

*Vtrum Episcopus posset indulgentias facere?* 102

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod etiam *ca* *Quid*  
Episcopus non posset indulgencias facere. Quia *autem*, de  
thesaurus Ecclesie est communis toti ecclesiæ. Sed id *pœnit.* &  
quod est commune toti ecclesiæ, non potest dispensari nisi per illum, qui toti ecclesiæ præstet. Ergo fol-  
lus Papa potest indulgentias facere.

**¶** *Præterea, Nullus potest remittere pœnas à iu-  
re determinatas, nisi ille qui habet potestatem ius  
condendi. Sed pœna satisfactoriæ, sunt pro peccatis  
determinatae à iure. Ergo remittere huiusmodi pœ-  
nas potest solus Papa, qui conditor est iuris.*

**SED contra est**, consuetudo ecclesiæ, secundum  
quam Episcopi dant indulgentias.

**RESPONDEO** dicendum, quod Papa habet plen-  
nitudinem pontificalis potestatis, quasi rex in regno.  
Sed Episcopi assumuntur in partem sollicitudinis, quasi  
iudices singulis ciuitatibus præpositi. Propter quod  
eos solos in suis litteris Papa fratres vocat, reliquos  
autem omnes vocat filios. Et ideò potestas faciendi  
indulgentias plene residet in Papa: quia potest face-  
re proinde vult, causa tamen existente legitima: sed in  
Episcopis est taxata secundum ordinationem Papæ; &  
ideò possunt facere secundum quod eis est taxatum,  
& non amplius.

Et per hoc patet solutio Ad obiecta.

## ARTIC. IV.

*Vtrum ille, qui est in peccato mortali, posset indul-  
gentias facere?* 103

**A**D quartum sic proceditur. Videtur, quod ille,  
qui est in peccato mortali, non possit facere  
indulgentias. Quia riuus, cui fons non influit, nihil  
profundere potest. Sed prælato in peccato mortali

P 4 exi-